

premissam in Latinorum Liturgiis, quae incipit
quam oblationem, tu Deus &c. evangelica vero, &
 Christi verba, narrative tantum profere, non signi-
 ficative & effective, sicut ex Christi mandato necessa-
 riè sunt pronuntianda: *Fit 1788, inquit Catharinus,*
Christi Corpus, propter gratiam sacramentalem, & ex
ipso passu, & sic desponditur, nos Graecorum. Pactum
 vero in eo fuit arbitratur, quod Christus promi-
 serit toties se presentem in Eucharistia adfuturum,
 quae ratione verba sua: *Hoc est Corpus meum &c.*
 ea ratione, ac ordine, & modo pronuntiaverit, quo
 ipse pronuntianda constituerit. Itaque ut Christus ben-
 edictione consecravit, ita oratione consecrat Sac-
 dos, quae rocat, ut panis fiat Corpus Christi, & vi-
 num Sanguis, ut in Christus dicendo: *Hoc est Cor-
 pus meum,* corpus suum id esse demonstravit, illud-
 que discipulis præbere ostendit; ita Sacerdos facit.
 Hoc autem discernimus Christophorum inter ac Ca-
 tharinum intercessit, quod hic interna tantum, il-
 le vero externa quoque benedictione ac ministerio
 sacerdotali, Christum consecrasset attestavit.

Horum opiniones, damnatis ab Apostolica Sede
 Opusculis, in quibus tradantur, veluti sepulchra jacue-
 re, sed hoc eodem seculo a Gallis nonnullis excitata,
 magno argumentorum apparatu expostit, ac propa-
 gatae fuerit a Petro Le Brun in expositione Litur-
 giae Armenorum, & ab Antonio Augustino Touret
 dist. 4. praemissa operibus sancti Cyrilli. Il vero in
 hanc fe abissis opinionem testati sunt, ne dogma Ca-
 tholicorum de Transubstantione, validissimo illo ar-
 gumento privaretur, quod ex invocatione desumitur,
 quae in Orientalium Liturgiis reperitur. Fuisse hanc
 professo confutari a P. Bougault Jesuita, ab Urso-
 Meratio, Georgio Afframo juniore, aliisque. Hae-
 quantur ad opinionem a Caballa excogitatum.

Inter Latinos vero aliae quoque occurrunt hae de
 re opiniones, quas recensere, ac refutare necesse est,
 ut systema hae de re absolute exhibeamus. In-
 nocent. III. in opere de Mysteriis Missae, quod an-
 te Pontificatum egerat, lib. 4. c. 6. ait: *Dicit po-
 test, quod Christus divina virtute consecravit, & po-
 test formam expressit, sub qua poseri benedice-
 rent. Ipse namque per se virtute propria benedi-
 xit, non aliter ex illa virtute, quam indidit ver-
 bis.* In eadem sententiam abiecit Durandus Mi-
 nisterialis lib. 4. de divinis officiis, alique, quo
 Catharinus, & a Capite Fontium laudant ac ve-
 luti propriae opinionis assertores proponunt.

Ajunt nonnulli Scotum in 4. dist. 8. q. 2. ad 2. do-
 cuisse, hae verba, *Hoc est Corpus meum: Hic est*
Sanguis meus ad consecrationem non sufficere, sed
 praecedenda necessaria addenda esse, atque verba il-
 la ad personam loquentis, non ad Christum cujus
 nomine profertur, referentur; sed Materius, Fran-
 ciscus, & Henricus alique celeberrimi, Scotum a
 communi sententia non recessisse, demonstraverunt.

Rursum quamplures Theologi sunt qui contendunt,
 S. Thom. omnia verba, quae a Latinis in Calicis
 consecratione recitantur, necessaria existimasse ad
 consecrandum hoc Sacramentum, pro qua opinione
 pugnant Gonetus, Capisuccus, Natalis Alexander,
 alique Thomistae.

Armacanus ait lib. 9. q. Armenorum cap. 3. hae
 esse in consecratione Calicis necessaria: *Hic est Ca-*

lix sanguinis mei, novi, & aeterni testamenti,
 non vero reliqua. Alii. Marcellus refert, addendum
 putant, *mysterium fidei.* Hae quantum ad opinio-
 nem historiam. Antequam ad rem definiendam de-
 cendantus, operæ pretium esse arbitror, Evangelica,
 & Christi verba referre, qua ratione in probatis
 Liturgiis recitantur, ut inde facilius intelligamus,
 quae fuerit hae de re Ecclesiae a primis tempo-
 ribus sententia. Mito vero tres illas Liturgias,
 quas supradixi, in quibus Christi verba desunt.
 Cum enim omnium sit, ac fuerit semper Orienta-
 lum sententia, hae esse omnino saltem ex Christi præ-
 cepto ad consecrandum necessaria, omisso illa, vel
 amanuensium incuria tribuenda esse, vel ea causa
 facta fuere in illa praemissa verba, quod ea Sac-
 cerdotes memoria teneant, ac recitent.

In itaque verba iuxta formulas a Martenio col-
 lectas. In Liturgia Jacobi ita forma hae exprimi-
 tur: *Hoc est Corpus meum; quod pro nobis fragran-*
tur, & datur in remissionem peccatorum. Hic est
Sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effunditur
in remissionem peccatorum. Addit Liturgia
 S. Marci post pronomen *Hoc, & Hic* particulam
 entim. In Const. Apost. l. 211. c. 17. hae forma re-
 peritur: *Hoc est Corpus meum, quod pro multis fragran-*
tur in remissionem peccatorum. Hic est Sanguis meus,
qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum.
 in Liturgiis SS. Basilii, & Chrylotti post *sanguis*
meus, additur; *novi testamenti,* ac similis est Li-
 urgia Cyrilli. Aethyopes utique formulae addunt,
Amen. Mozarabes hae utuntur, *Hoc est Corpus*
meum, quod pro vobis traditur. Hic est Calix novi
testamenti in meo Sanguine, qui pro vobis, & pro
multis effunditur in remissionem peccatorum. In Li-
 bris Sacramentorum, qui praef. de Ambrosii nomen fe-
 runt, ita legitur: *Hoc est enim Corpus meum quod*
pro multis confingitur. Hic est enim Sanguis meus.
 Sacramentarium denique Gregorii Magi, M. fiale
 Romanum, Ambrosianum, & Indorum (hic adden-
 dum erat post correctionem) hanc habent formam:
Hoc est enim Corpus meum. Hic est enim calix Sangui-
nis mei, novi & aeterni testamenti, mysterium fidei,
qui pro vobis, & pro multis effunditur in remis-
sionem peccatorum. In Liturgia communi, sive
 canone universalis Aethyopum habetur. *Hic panis est*
Corpus meum, quod pro vobis fragrantur in remis-
sionem peccatorum. Amen. Hic est Calix Sanguinis
mei, qui pro vobis effunditur pro redemptione mal-
torum, Amen. Hildem fere verba alia Orientalium
 Liturgiæ eisdem exhibent formam. Facile vero
 patet undenam eorum sit orta varietas, si ea obser-
 ventur, quomodo ab Evangelicis recenseantur. Apud
 Matth. legitur, *Hoc est enim Corpus meum. Hic*
est enim Sanguis meus, qui pro multis effunditur in
remissionem peccatorum. Apud Marcum utroque in
 loco omittitur particula *enim.* Apud Lucam: *Hoc*
est Corpus meum, quod pro vobis datur; hic calix
novum testamentum in Sanguine meo, qui pro vo-
bis fundatur. Paulus autem l. Corinth. 11. ita il-
 la refert: *Hoc est Corpus meum; Hic Calix no-*
vum testamentum in meo Sanguine.

Has ego formas recensui, easque cum Christi ver-
 bis comparavi, quae apud Evangelistas leguntur, ut
 inde clare appareat, non posse Orientales reprehendi,
 quod

quod in forma eorum desit particula *enim,* & quod
 in consecratione calicis non omnia adhibeant verba,
 quae apud nos usurpantur. Atque inde duo quoque
 alia certo inferenda videntur: Primum Christi ver-
 ba, quae in Orientalem Liturgiis leguntur, esse ab
 Evangelicis depraevia, quod tunc satis superque
 esse potest ad illum Theologorum detegendam imper-
 peritiam, & temeritatem, qui corrigere, & ea au-
 gere propria ac privata auctoritate sua conati sunt.
 Quis enim sine temeritate verba ex Evangelio de-
 prompta, Patrum auctoritate commendata, & Li-
 turgiarum usua a primis seculis comprobata, emen-
 dare, ac mutare audeat? Deinde rite ac licite O-
 rientales per illa verba consecrare, nec cogi posse
 ad alia, quae in liturgia nostra reperiuntur addenda.
 Quibus accessit etiam ex iis nos posse tuto concludere,
 non alios esse inditiam vim consecrandi verbis,
 quam illis, *Hoc est Corpus meum; Hic est Sanguis*
meus, vel Hic est Calix Sanguinis mei, non solum
 ad communem Theologorum sententiam Trid. Conc.
 auctoritate comprobata, quod verba Sacramen-
 torum formam constituentia esse docet, quod signifi-
 cant, ut est etiam in nostro Auctore probatum; sed
 praeterea, quia hae unice sunt verba, quae a Patri-
 bus omnibus commendantur, ac in omnibus reperitur
 liturgiis, quod argumentum est, fuisse hae sem-
 per, & ubique veluti necessaria ad consecrandum re-
 putata; alia vero historice, & ex praepcepto tantum
 Ecclesiae adhibita. Hic tamen moneo praepceptum hu-
 jusmodi, cum dere gravissima fit, gravem obligatio-
 nem inducere, quod fit, ut graviter peccet, qui vel
 unum ex his, quae in jam probatis Liturgiis habentur,
 libere praetermittat. Vento nunc ad nostrum
 hae de re systema pro propositionibus explicandum.

PROPOSITIO I.

Christus verbis usus est, non interna tantum
 benedictione dum Eucharistiam consecravit.
 Primum hae assertio inde probari potest quod Sa-
 cerdotes ea ratione consecrant, quae Christus hujus-
 modi Sacramentum in institutione perfecit; Is enim
 quod prior ipse fecisset, deinceps facere praecipit
 cum dixit: *Hoc facite in meam commemorationem.*
 Sacerdotes vero per verba consecrant; & quidem
 ita consecrant ut verba Christi, Christi nomine
 ac veluti illius personam gerentes, pronuncient,
 dicendo, non *Hoc est Corpus Christi,* sed *Hoc est*
Corpus meum. Hinc quid nostra consecratio est
 inquit Chrylottus hom. 3. in Matth. nisi illius
 repetitio, quam Christus peregit?

Deinde Christus Sacramentum instituit, quae De-
 us, & consuetus, quae homo erat, sacramentalem
 ritum instituit, ac adhibere debuit, scilicet mar-
 teriam, & formam adhibere, juxta scilicet pau-
 lumbus; accedens enim *verbum ad elementum* fe
 Sacramentum, inquit Aug. tract. 80. in Joan. Accen-
 dunt praeterea auctoritates Sanctorum Patrum, quae
 infra recensebimus. Hinc Trid. Syn. sess. 13. c. 2.
 ita de Eucharistia loquitur: *Hoc admirabile Sacra-*
mentum in ultima cena instituit, cum post panis
vinique benedictionem, se suum corpus præbere, ac
suum sanguinem dixerit verbis testatus est, quae
verba a sanctis Evangelistis commemorata, a De-

vo Paulo postea repetita sunt. Satis indicant Tiden-
 tini Patres post benedictionem panis vinique, verba
 proferturum instituisse, ac perficere Eucharistiam.
 At inquit, benedictio fit cum ac consecratio est,
 quam ut rem Paulus l. ad Cor. 10. v. 14. *Calli-*
tem benedictionis, vinum consecrationem appellavit
 & dum Christus dixit, *Hoc est Corpus meum,* jam
 antea panem in suum fuisse Corpus transmutatum
 significavit: ergo per praemissam benedictionem ab
 Evangelicis commemoratam, dum dixerit: *accipite*
panem, benedixit &c.

Sed levis est momenti hae conclusio. Cum enim
 Christus Sacramentum instituit, & consecravit, il-
 ludque nobis ad sui intentionem perficiendum man-
 daverit, & verba adhibuit, ut Sacramenti natura
 expoliret, & verba talia, quae rem significatam esse-
 rent, transmutatum est. Quae sola praesumptio plu-
 quam illa conclusio valet. At praeterea verba ipsa
 ab Evangelicis commemorata habemus, quae id signifi-
 cant, quod in Eucharistia fit, quae semper fuit a
 Sacerdotibus usurpata, quaeque adhibuit Christum,
 testatur veteres Patres, ac omnium Ecclesiarum tra-
 ditio comprobat. Itaque benedictio, & gratiarum
 actio ritus fuit a Christo institutio Eucharisticae
 praemissi, non consecratio: id ostendit vox aeterna
 in Evangelica historia usurpata *accipite, ad est,*
cum benedixisset, & accepisset, scilicet, cum gra-
tias egisset, quae praeteritum tempus significat; li-
 quet etiam ex eo, quia Christus in ultima cena ri-
 tus servavit Judaeorum, qui comae benedictionem præ-
 mittebant, & panem cum gratularum actione frange-
 rent. Hinc Editus, alique viri praesertim improba-
 bilium omnino putant opinionem, quae benedictione
 Christum consecrasset autumat, & in l. ad Cor. 1.
 post Janenium observat, Jesum magna agressum
 miracula in Caelum oculos elevare, ac Patri gratias
 agere consuevisse, ut praesertim suscitatum Lazarum,
 & panes multiplicatum. Rursus nos desunt, qui
 eisdem verbis benedictionem & consecrationem a
 Christo peractam putent, quod passim Patres consecra-
 tionem; & mysticam benedictionem indiscriminatio
 accipiunt: ut S. Thi. 3. p. q. 78. art. 1. ac alii post
 ipsum; & revera, quod consecratur, caelesti ben-
 edictione repletur. Si autem ipsi opposas fuisse be-
 nedictionem consecrationis praemissam, responderent
 non semper Evangelicis res narrare, quo genere
 ordine, ut pluries observavit August. li. de cons-
 Ewang. Ad tollendam vero equivocationem neces-
 se est duplicem distingere benedictionem, alteram
 pro oratione usurpam sacris muneribus consecran-
 dis facta, quam Christum more Judaeorum Pasche
 celebrando praemissit. Puto, & quam a consecra-
 tione diversam habeo; alteram vero, quae mystica
 dona immutat, redditque sancta, benedicta, vira-
 fica, quae ipsa consecratio est, quam innuit Pau-
 lus loco supra laudato.

Nota. Erit verus est hae nostra sententia, ut ego
 arbitror, praeteritum ab Tridentini supra citata ver-
 ba, ac Conc. Florent. deserunt, quo verba, quibus
 Christus hoc Sacramentum consecravit, in his Sacramen-
 ti forma declaratur; tamen nulla Ecclesiae aperi-
 ta definitio adeat, quae oppositam opinionem proci-
 piam. Ut testatur Ambrosius Caesariensis in sine opus-
 culi v. Alphonus Salmeron, circa finem tract. 22.

Juvenis, Tournely, Du-Hamelius, Berti, alique. Nec est verifimile Ecclesiam voluisse damnare opinionem, ac facilius refutandos Hereticos excogitavit, & quam Innoc. III. supra citatus prehabilem asseruerat, ac propagant Guido Bononensis, Durandus, alique a Catharino, & a Capite-fortem recenfit.

PROPOSITIO II.

Eucharistia forma Christi verbis continetur, Hoc est Corpus, & hoc est Calix &c.

Hec propositio, que paucos ex Orientalibus, ex Latinis vero minores adversarios habet, potest prius rem ostenduntur, quod verba, quibus Sacramenta sunt, a Deo qui vim ipsi indidit, sunt insinuita: At prater verba illa Hoc est &c. ubi sunt verba, que Deus pro Eucharistia conficienda determinaverit: Hoc solum facti Scriptores commemorant, hac unice Christi ac divina verba esse tradidere Patres, ac ea tantum ex his, que consecrationi necessaria habentur sacre Liturgie a Christo determinata asserunt. Quis enim est, qui Spiritus Sancti invocationem, precemque, a Christo adhibitas, institutas, commendatas scripserit? Ecce potius preces illas ab Ecclesia humana institutas auctoritate non dicimus? Discunt per officia Sacramentorum omnium cum Orientalis, tum Occidentalis Ecclesie, in omnibus reperies invocationes precesque, quibus Ministrum regant ut Deus per Spiritum Sanctum suum, gratiam illam conferat, quam per illa se collaturum promisit Sacramenta. In his preces ille ab Ecclesia instituta generatim creduntur, ac a forma Sacramentorum omnino diverse habentur, immo & vere per se Sacramentum sine illis firmiffime creditur. Cur ergo ubi Eucharistiam, que necessitate putantur? Verum est Eucharistiam, que necessitate Sacramentum non est, non posse, ut Baptisma, & Penitentia, in ullo casu licite sine illis confici, quo sensu est a Patribus nonnullis asserum sine precibus non fieri. At inde nefas est concludere formam condituere. Sed videamus, quid atriufque Ecclesie Patres, quid traditio Ecclesiarum, quidve Liturgie ipse nos doceant.

Incipio a Latinis. Tertul. lib. xv. contra Marcionem c. 40. ait: Accipit panem, & distributum discipulis Corpus illam suum fecit dicendo: Hoc est Corpus meum. Apud Cyrilianum Auc. serm. de corona Domini ait: Ex quo a Domino dictum est, hoc facite in meam commemorationem: Hac est Caro mea: Hic est Sanguis meus, quotiescumque bis verbi, & hac fide actum est, panis ille substantialis, & Calix Iohannis benedictione sacrosus, ad totius hominum vitam saluamque proficit. Ambrosius l. de Myst. 9, n. 52. Quod si tantum, inquit, valuit humana benedictio, ut naturam converteret: quid dicimus de ista consecratione divina, ubi verba ipsa Domini salvatoris operantur? & n. 34. sequitur: Iste clamat Dominus Jesus: Hoc est Corpus meum. Eadem benedictionem verborum celestium alia species nominatur, post consecrationem Corpus significatur. Eadem vel ipse, aut aliquis est Auditor Libror. de Sacram. qui Ambrosii nomine circumferuntur, lib. 4. cap. 4. n. 14. ait, scribens, sermo Christi hoc conficit Sacramentum, & n. 19. si Sanguis consecratione

verbi celestis, tom. 5. n. 23. antequam consecraretur, panis est, ubi autem verba Christi accesserint, Corpus est Christi. Ne autem putent orationem ab Ambrosio verba Christi nuncupari, audi ipsam loc. cit. de Myst. ita loquentem. Ipse clamat Dominus Jesus, Hoc est Corpus meum, & xv. de Sacr. cap. 5. n. 21. Illa verba Evangelicis sunt usque ad Accipite. Inde verba Christi. N. v. 14. Consecratio autem, quibus verbis est, & cuius sermonibus Domini Jesus. Nam reliqua omnia, que dicuntur in superioribus, a sacerdote dicuntur, laudes Deo deferuntur, oratio petitur pro populo, pro regibus, pro ceteris: Ubi venit, ut consecratur Venerabile Sacramentum, iam non sunt sermonibus utitur Sacerdos, sed utitur sermonibus Christi. S. Augustinus serm. de diviti. 227. alias 83. inquit, Panis ille quem videtis in Altari, sanctificatus per verbum Dei, Corpus est Christi. Calix ille, immo quod habet Calix sanctificatus per verbum Dei, Sanguis est Christi: Verbum autem Dei est sermo ille Christi, Hoc est &c. ut ex Ambrosio, alique Patribus aperte constat. Hic notare juvat Ambros. loc. cit. de Myster. c. 6. dicere, per benedictionem panem consecrari, sine illius naturam mutari; & Aug. l. 3. de Trim. c. 4. asserere, Eucharistiam prece mystica consecrari, ubi uterque verbis Christi prece, vel benedictionis nomen tribuit. Eusebius Emisenus Homil. in Ramis palmarum, dicit, inquit, Christus, tunc per se & modo per suos ministros, Hoc est Corpus meum: & tanta est ejus verbi virtus, ut efficaciam, ut statim fiat, quoad dicitur, Ita Auditor, quod loquitur sermonis 28. de verbis Domini, qui nomine Eusebii Emisiani circumferuntur. Quibus addimus Palschium l. de Corpore & Sanguine Domini, c. 12. & c. 15. Renigium Antiofiodorensis, Stephanum Edenflem, alioque a Martenio citatos; ex quibus sufficiens probamus universalem Patrum Latino-rum conjuncte etatis sententiam, satis etiam significatam, & explicatam in Conciliis Florent. & Trid. occasione dedisse Rubricae jussu Pii V. Missali Romano paximilla, que tit. de desitu panis, hic habet: Si celebrans ante consecrationem, adverteb hostiam esse corruptam, aut non esse triticam, remota illa hostia, aliam ponat, & facta oblatione, saltem mente concepta, proficatur ab eo locubi desit. Si adverteb post consecrationem, etiam post illius hostie summptionem, postea alia, facta oblationem us supra, & a consecratione incipiat, scilicet illi verbis Qui pridie &c. Quod si hoc contingat post summptionem sanguinis, apponi debet crustus novus panis, & vinum cum aqua, & facta prius oblatione ut supra, Sacerdos consecret, incipiendum ab illis verbis: Qui pridie &c. Que fide innuunt sine precibus, & invocatione, Latina Ecclesie judicio Eucharistiam consecrari. Venio nunc ad Grecos Patres: Primo loco asseremus Justinum Martyrem. En verba ex Apol. 2. circa finem depremta, ubi Eucharistiam consecrari ait: Et dixit vox per orationem Verbi; nomine autem vox non est ab deprecationem, sed expressam a Christo Dei verbum, animi sententiam, verbis designat, cum paulo post, Verbi orationem sive deprecationem illam fuisse asserat, que in Evangelio reperitur, nempe, Hoc est

Cor-

Corpus meum, Hic est Sanguis meus. Atque hic notent velim Adversarii, & vox, seu precatorem, vel orationem Grecos Patres illam Christi orationem vocare, qua dicit, Hoc est Corpus meum, sive quod significare quoque valeat, ut nonnulli content, sive quod eo animo verba illa prolata quo Christus eandem pronunciat, eam prae se mentis humilitionem, ac desiderium, voluntatemque ferant, que profertem vere precantem constituat. Irenaeus, qui paulo post Justinum seculo 2. scripsit, lib. xv. adv. Haer. c. 30. in edit. vero Massuet. 27. n. 3. aperte ait, Dominum verissime in Corpus suum creaturam panis, dum dicit: Hoc est Corpus meum. Et lib. v. c. 2. n. 3. de pane, & vino, inquit, & percipientia Dei verbum Eucharistia sunt. Vides ergo Irenaeum verbum Dei appellare verba Christi supra relata, que verba lib. xv. esp. 33. antiquo Edit. Innotantem Dei, & est Eucharistia. Sed audiamus Gregorium Nyssenum, qui clarus exponit, quid hic verbi nomine veniat apud antiquos Patres Grecos: Orat. Cath. cap. 17. de pane ita loquitur, statim per verbum in Corpus mutatur, ut dictum est, a Verbo, Hoc est Corpus meum. Origenes quoque in Matth. ad hac verba, quod intrat in os &c. Eucharistiam vocat Cibum per verbum Dei & precatorem sanctificatum seu consecratum, ubi sane totam Liturgiam designat, que preces complectitur, & verbum Dei seu Christi verba, que hoc nomine designantur. Nazianz. Orat. 2. de Pasche. ait, prolatis verbis a Sacerdote, Hoc est Corpus meum, qui non credit esse Corpus Christi, certe silem derogat. Epiiph. in Aneacato, voluit, inquit, Christus per gratiam dicere, Hoc est Corpus meum, & nemo non habet fidem ferant. Ne vero nimis in longum orationem protraham, tres tantum addam ex Grecis Patribus: Chryostomus magni apud Orientales nominis, hom. 2. in 2. epist. ad Tim. demonstrat, quem esse oblationem Christi, ac Sacerdotum, quia iidem illi utuntur verbis, ac Christus est usus: Quem admodum, inquit, verba que protulit Christus, eadem sunt, que Sacerdos nunc quoque pronuntiat, ita & oblatio eadem est. Et l. de Produtione Judae, habet, Hoc meum est Corpus, inquit Sacerdos; Hoc verbum proposita in aliam formam convertit: ac credit etiam plures Chryostomum dixisse, Sacerdotes Eucharistiam consecrantes ita se gerere, tanquam Christi personam induci, & quasi ipse esset, qui diceret, & faceret. Quare? Quia nomine Christi dicent, Hoc est Corpus meum, & Christi virtute velis verbis illi concessa Eucharistiam perficiunt. Similia habet Damascenus lib. 4. de Fide Orth. c. 12. ait enim: In principio dixit, Deus, producat terra herbam virentem, & ad hanc usque diem accedente imbre, divino precepto impulsu, & roborata, factus suos profert. Dixit pervinere Deus, Hoc est Corpus meum, & Hic est Sanguis meus, & hoc facite in meam commemorationem: idque omnipotentis ejus precepto, donec veniat effectus. Ubi explicat fieri haec per invisibilem Spiritus Sancti operationem, quam per invocationem Ecclesia significat, ut tantum Patrum, nominis, coram Eugenio P. M. ac tota Synodo volumus, inquit, adhaerere sententia Sanctorum Patrum, & a rationibus, scriptis hauriant

in-

inventa. Caballiana scilicet opinio, de qua disputatur. Et Julius Cardinalis S. Sabinae referens Patribus, quae post disceptationem Graecos inter atque Latinos a se deputatis pro expositione illorum, quae definienda essent, stabilita fuerant, de Consecrationis Eucharistiae forma dixit: *Græci confessi sunt auditis nostris rationibus, quod semper tenuerunt, quod solis verbis Dominici consecratur, & quod putarent anathema, qui aliud crederet.* Fuit institutum ut hoc poneretur in definitione, dixerunt, quod non erat necessarium, immo si hoc poneretur, Ecclesia sperem recipere ignominiam, ac si haec tenens sensisset aliud. Unde cum semper fuerimus concordēs in hoc, ac sensio non debet fieri, nisi dubiis, & sumis parati consieri, quod tenemus sicut res quod in verbis ipsi Dominici confisus. Si haec, quae Graeci in Florentina Synodo exposuerunt, cum his consecratur, quae supra indicavimus, factis notum efficitur, non nimis in Occidente, quam in Oriente veluti Novatorum habitos esse Caballianae opinionis propagatores. Ex Orientalibus allata iam monumenta probant, quod vero ad Latinos attinet, addere quoque postsumus Catharini, & a Capite fontium opera, fuisse statim Sedis Apostolicae auctoritate proscripta. Totumque vero, atque Brunum novitate opinionis plures commovisse in Gallia, & in Italia, quae ex professo eorum opinionem, ut novam, ac etiam temerariam, ut Astenannus junior publice Romae asseruit & propagavit, refutaverunt. Haec sane rem maxime suspectam auctoritate. Quid vero si Patrum addantur supra relatae auctoritates?

Sed, inquit Bruns, Antiqui Patres uno sententiam, per verba Christi ac per preces Eucharistiam consecrari, & Liturgiæ omnes Spiritus Sancti invocationem habent, quae Deus rogatur ut panem vinumque transmutet, quae apud Orientales sequitur verba Christi, apud Latinos vero praemittitur, habeturque in oratione illa, quae incipit, *Quam oblationem tu Deus &c.* Opinio ergo illa, inquit, de solis dominicis verbis Eucharistiam consecrari debere, & post undecimum saeculum scholasticorum cerebro conficta, qui tradidit ex Arabum philosophia in Theologia materia, ac forma vocabulo, ac iuxta a se excogitatum systema res mentientes formae nomen ad sola Christi verba restricturum. Sed quis hominem tam inepte philosophantem ferat? Nam credibile non est in re tanti momenti, & quae Presbyteris omnibus ignota esse non poterat, quamque Episcopis omnibus statere debemus omnino exploratum, potuisse scholasticas novam opinionem excogitare, quae tantum tollendo necessarias formulæ, potuisset eo tendere ut nullum conberetur Sacramentum, nemine prosus reclamante. Ac multo minus credibile est tam brevi tempore hanc fuisse per Occidentem, & Orientem ita sparsam, ut eam aperitis unis amplecti sint omnes. Itane Graecos erga Latinos auctores fingamus, ut in ipso schismatis fervore, statim ac a Latinis nova, ac eorum majoribus, contraria de Eucharistiae consecratione, sententia excogitata fuit, eam omnes amplecti sint, nullo penitus contradicente? Tam hardi erant Sacerdotes, tam stupidi Episcopi, ut passi sint omnes sine contradictione, in scholis traditi, ac palam doctæ opinionem, quae opposita esset sententiae, quam illi didicerat dum sacrum fite-

re Presbyteratum; & quam ipsi docere debuerant eos, qui ad ordinem hunc promoventur? negue enim presbiter potest Presbyteros, ac multo minus Episcopos, id ignorare. Immo cum per plura secula circa Sacramentorum formulas disciplina viguerit arcani, ut Scheltrasius, alique viri docti demonstraverunt, potius ex tradita ore ab Episcopis, Presbyterisque doctrina, forma Sacramentorum, & praesertim Eucharistiae, quod quotidie ab ipsis conficiendum erat, quam ex scripto traditis monumentis, colligenda videtur. Quamobrem, cum postquam propriis vocabulis huius, & eujusque Sacramenti forma designari cepit, verba tantum Christi hoc nomine appellata ubique fuerint, praesumendum est, itane fuisse traditam a Majoribus sententiam.

Sed expendamus ipsissima. Primum vero statuo, Eucharistiam in Missa consecrari, quae verbis Christi, & precibus constat; quam ob rem, ut dici solet in Missa, consecratur Eucharistia; ita potest asseri per Orationem fieri, & verba Christi, quia verba Christi sine reliquis Orationibus nunquam in Eucharistia perficienda adhibentur. Deinde, primum Sacramentorum, invocationis, orationis, & formae nomine a Patribus designatur: Tertullianus, Cyprianus, & Ambrosius invocationis nomine dixerunt verba quibus consecratur Baptisma: Irenaeus, & Firmilianus invocationem dixerunt verba Christi quibus in Eucharistia, eademque Origenes appellavit preces, ut Huetium in Originianis observat. Immo quae Latini verba Sacramenti vocant, Graeci passim nominant orationem & invocationem: Hinc Gabriel Philadelpi inquit: *Forma Baptismi est invocatio SS. Trinitatis.* Aque hinc liquet, Patres aliquando invocationis praenunquam nomine ipsa Christi verba designasse; quandoque vero inuere voluisse ea quae Christi verba, quibus unice vim transmutandi inesse docuerunt, in sacra Liturgia vel praecedunt, vel subsequuntur.

Quoniam vero ad invocationem non provocat, quae in Liturgia reperitur; Principio, ajo, non consistere invocationem fuisse a Christo Domino institutam, atque praecipiam. Nam cum conferret, invocationes, quae in aliorum Sacramentorum administratione adhibentur, fuisse omnes Ecclesiae auctoritate institutas, id quod de hac invocatione praesumendum est. Et iure atque merito; missa enim Gregorii magni auctoritate, ex qua colligit nonnulli Apostolos sola Evangelica historia, cum Christi verbis, & Dominica oratione consecratis, doctissimus Maffeus ex Irenaei fragmento probat licendo, Ecclesiae saeculo non fuisse invocationem hanc in omnibus Ecclesiis usque usque, atque in Missalibus Gallicanis a Mahillonio editis desiderari, ac in antiquis nonnullis Liturgiis desesse. Quid ergo praesidii habet in illa invocatione Caballiana opinio? Expendamus vero Liturgias ipsas Orientalium. In his praescribitur, ut Sacerdos, cum ad evangelica verba pervenit, recitata submissa voce & circum institutionis historia, Christi verba distinde, & elata voce proferat, ut populus magnum opus effecti moneatur; Immo ea, quae Marci dicitur, Diaconus populum hortatur, ut tunc orat; quae refert Maffeus ex viris fide dignis, Orientales, dum ea proferuntur, caput demittunt, & venerant, atque eos, qui rem magis cognoscunt; secum ipsi Christum

stium praesentem fieri profiteri. Quod quidem vel in ipsi Cyphorum Liturgiis praescriptum videtur, quae populo acclamandum praecipitur, Amen. Hanc autem acclamationem institutam ab Ecclesia fuisse, ut Fideles Eucharistiam suscipiendo, eam Christi corpus esse profiterentur, docere Cornelius Papa in Epist. ad Fabium Antiochenum, Cyrillus Caesae. 23. Hieronymi. Epist. ad Pamach. & Ambrosius, qui refert a Fidelibus adhiberi quoque consuevisse ad significandum iam fuisse consecrationem peractam; sed quid illa apud Aegyptios acclamatio significet, non opus est ex antiquis monumentis argumentari; Aethyops enim qui ex Aegyptiis disciplinam, ac Liturgiæ acciperet; quique simpliciter antiquam servare fidem, ita solent acclamationem exprime. Postquam populus acclamaverit: Amen. Post Christi verbi prolationem, subdit, *credimus, certo scimus, laudamus te Dominus Deus noster, Hoc est verum, & ita credimus, Corpus tuum.*

Ur vero apparat, nil ex illa non posse invocatione argumentari, hic observare juvabit, nullum reperiri negandum apud Orientales Sacramentorum officium, in quo praeter formam, qua Sacramentum fit preces non occurrant, etiam post Sacramenti consecrationem recitandae, in quibus Deus rogatur pro gratia, quam per illud Sacramentum confert. In Baptismo Deum orant, qui Severi Antioch. ordine utuntur, ut sanctificet hominem, etiam postquam baptizatus, & sanctificatus est. In Confirmatione oratur, ut Confirmatum Deus confirmet, & perficiat; idem dicitur in Ordinato, in quo rogatur Deus, ut illi auctoritatem & potestatem conferat; & in admittitratione Sacramenti penitentiae postquam per abolutionem peccata remissa credatur penitentem, Sacerdos orat, *ut passio Christi &c. proxi illi in remissionem peccatorum &c.* Item in oratione pro defunctis Ecclesiae rogat, ne abibiteorum animas Terrarum; Sicut ergo hic invocationes, praecedere ex institutionis Ecclesiae ad momentum referuntur, vel in quo consecratur Sacramentum, aut transitus hominis ex hac vita: cur invocatio illa, quae post consecrationem in Liturgiis Orientalium recitatur, ad illud instans referri non poterit, quod per Christi verba sacra dona transmutantur? Accipe verba Episcopi Ostunensis in scholis in Constit. Apostolicas. *Constanti & perpetua sint omnium Patrum sententia verbis Dominici tantum mysterium administrari, quod vero hoc loco dicitur (loquitur de invocatione) ad superiora verba respectam habet, & ad illa referri debet. Ut enim quae ante consecrationem dicuntur, ad oblationem Corporis, & Sanguinis Christi dirigenda sunt; sic quae post consecrationem mystice praecatur, ad oblationem Corporis & Sanguinis facienda sunt. Quae alio respondet oblationi Corporis & Sanguinis facienda sunt anticipationem quamdam Sacerdotis mentis, atque proposito concepta. Ita post consecratam Eucharistiam, invocatur Spiritus Sanctus illorum numerum sanctificator, & peccati operis una cum Patre, & Filio effector. Quae invocatio non est separanda a prima alio, quae Sacerdos verba Domini proferens, panem & vinum consecravit; sed ad*

eandem altum revocari debet. Immo ad idem tempus momentum, quo illa admirabilis conversio facta est. Nam cum omnia simul, atque uno tempore fieri non possit, ordine ac temporis intervallo disponuntur. Quae vero sermo, & tempore disponuntur, cogitatione, & intelligentia sunt in hominem conjugenda. Dicit quoque post se invocationem illam, quam Graeci Patres Conc. Florent. respondere dixerunt Latinae praescribi incipienti jube haec perferri per manus &c. Deum rogari, ut jube Christi Corpus communicantibus in purgationem animae; ut Graeci illi Patres facti sunt, & etiam in Liturgiis nonnullis indicatur; in quibus dicitur ut panis Christi Corpus suscipiensibus fiat, hoc est, proficit tanquam verus spiritibus, ac divinis cibis.

Quod spectat ad argumentum ex voce *Antytipa* desumptum, ajo, in Liturgia Basilii post Christi verba, sed ante invocationem Spiritus Sancti, oblata dona appellari *Antytipa* Corporis & Sanguinis Christi, hoc est, figuram Corporis & Sanguinis Christi. Sed inde Caballiani non recte deducunt non esse per Christi verba in Corpus & Sanguinem Christi transmutata. Nam certo constat a Patribus praescribi panem, & vini post consecrationem appellari *Antytipa* Corporis & Sanguinis Christi, quod species illae sint symbola Corporis Christi, non absentis, sed praesentis, & sub illius latentes, & quod figura sint Corporis Christi, ut sicut in Cruce. Ita Cyrillus Caesae. 5. Nazianzenus orat. 11. Macarius, alique ab Aurelio & Allario relati. Deinde in Basiliana Liturgia dum sacra dona *Antytipa* vocantur, ad tempus illud referuntur in quo ante Christi verborum prolationem oblata fuerunt: Ita enim latine redidit sunt a graeco lingue peritis Basilii verba: *Et non qui propiusquam Antytipa Corporis, & Sanguinis tui, hoc est, qui oblutimus panem & vinum, quae figura sunt Corporis & Sanguinis tui.*

Hanc solutioni favent etiam Damascenus Joannes & Epiphanius, qui, ut ait Toarnellus de Sacr. Euchar. art. 8. nobis significant, vocem illam *Antytipa*, referendam esse ad tempus antecedens prolationem verborum Sacramentalium, licet post illam ordine collocetur in Liturgia.

Nota. Orientale nonnulli Scriptores praesertim Syrii causam quoque asserunt, ob quam invocatio Spiritus Sancti in Orientalium Liturgiis post Eucharistiae institutionis historiam, & Christi verba, collocata sit; licet per eam polletetur, ut id fiat, quod divina virtute per Christi verba fieri debet: consent enim tibi esse posita, ut in sacra Liturgia divinas personam invocando, ordo habeatur, quem iavencus servant. Hinc primam Aeterni Patris ut Creatoris, & rerum omnium Conservatoris, deinde Aeterni Filii, qui homo factus Eucharistiam in finitum, cuiusque verbis a Sacerdote ergo gerent personam prolatis, Eucharistiam consecratur; ac postremo loco Spiritus Sancti mentio, & invocatio occurrit, cui sacra actio, in qua prolatione Christi verborum transmutatur oblata, & Sacramenti effectus tribuntur.

Nota. Quasimquod erroris notam vitare nequunt, qui Christi verba nullo modo ad Eucharistiae consecrationem pertinere arbitrantur; & sine ipsis quoque Eucharistiam fieri posse docent: tamen notum non est damnanæ opinionem illorum, qui praeter illa ver-

ba, etiam invocationem necessariam esse censent, ut Sacramento fiat. Nam horum opinionem, quam Brunus, Tonteus, ac nonnulli alii Catholici tenent, Ecclesia nondum proscripsit.

PROPOSITIO III.

Hec tantum verba sunt consecrationi necessaria, & essentialia: *Hoc est corpus meum, Hic est Sanguis meus* vel *Hic est Calix Sanguinis mei*.

Hujus propositionis demonstratione clarius fiet, nil in Orientalium desse Liturgiis, quod sit ad Eucharistiam consecrandam necessarium, ac non possit Missionarios, Theologos, atque etiam Episcopos ea propria auctoritate Liturgiis addere, quae in nostra Latina in Calicis consecratione recitantur. Neque nova sunt asserenda monumenta, ut demonstratio pateat; nam relatae superius Patrum auctoritates rem extra controversiam ponent. Omnes enim vim consecrandi Christi verbis inditam a Deo fuisse asserunt, quae verba a Sacerdote in ipsis Christi persona prolata, id efficiunt, quod significant. Ita Justinus, Irenaeus, Chrysostomus, Epiphanius, Damascenus; & ex Latinis Tertullianus, Ambrosius, Augustinus, alique. Significant vero Christi Corpus, & Sanguinem verba, quae nos expolimus, dum nomine Christi, ac veluti in persona ipsius a Sacerdote profertur, ut est exploratum. Accedit etiam, Patres, quos nominavimus, aperte asserere per illa tantum verba consecrari, cum illa tantum recitentur, dum ea referunt, quae Eucharistiam perficiunt. Hincque Florentinum Concilium indicasse, cum dixit, fieri Eucharistiam Christi verbis, & Tridentinum, dum docuit, vi verborum in Hostia Corpus Christi reperiri, Sanguinem vero concomitante, in Calice vero Sanguinem, & concomitante Corpus &c. Quae sane verba perspicue ostendunt, Christi verba asserive pronuntia id efficere, quod significant. Rursus illa verba, *Qui pridie &c. Accipiens Calicem &c.* non Christi, sed Evangelistarum sunt; & particula enim sexum tantum orationis designat, illa vero alia accipit & comedite usum Sacramenti commemorant, sicut alia quod pro vobis frangetur, vel effundatur Sacramenti effectum representant, & Christi passionem; alia denique *meum & meum* &c. in perique Liturgiis desunt.

Quis ergo dicat, Evangelistarum verba, ac alia quorum nulla apud Patres mentio est, & quae in perique Liturgiis desunt, ad essentialiam consecrationis pertinere? Nemo enim non videt Evangelistarum verba ad historiam rei gestae spectare; quae ex gravi praecipio sunt adhibenda, quia ostendunt, Sacerdotem Christi personam gerere, ejusque nomine consecratoria verba proficere, sed ad rem perficiendam, quae verbis significatur, nequaquam pertinere.

Neque vero dicant Scitillarum nonnulli esse illa Evangelistarum verba omnino necessaria, quia haec maxima ratione ostendit, Christi personam gerere Consecrantes; & quia alicui non Christi, sed sui Corpus designaret, dum ait, *Hoc est Corpus meum*. Nam si Sacerdos eo animi proposito ac voluntate verba a Christo, pro hoc consecrando Sacramento, stabiliiter profert, ut velit id efficere, quod Christus perfecit, serique a Sacerdote eius nomine

agente, mandavit, si in Christi persona cuius ministerium gerit, dicere conentat, *Hoc est Corpus meum*, quid aliud necessarium est ad determinandum ut non de proprio, sed de Christi Corpore loquatur, dum ait, *Hoc est Corpus meum*? Verba enim a Christo Sacramentorum formulae constituta, dem a Ministro eo animo applicentur, ut facere velit, quod Christus instituit, & quod facit Ecclesia, satis sunt ad Sacramenta consecranda iuxta decretum Synodi Florentinae. Quare ergo verba Christi hac ratione prolata non sufficiunt ad celebrandum? Patres enim eandem istis verbis, ac formae aliorum Sacramentorum vim perficiendi Sacramentum tribuerunt. Itaque sicut in aliis Sacramentis, ita & in hoc inventio Ministri, quae consecrative vult, quaeque nomine Christi asserive, & significative illa verba profert, satis sufficit ad ad Sacramentum perficiendum, & ad significandum non propriam, sed Christi personam gerere, dum dicit, *Hoc est corpus meum*. Non negamus in Rubrica de deservendo Missae supra a nobis relatae praescribi, ut deservens materiam panis, qui perfecta iam consecratione cognoscatur, ita suppletur, ut adhibita apta materia, Sacerdos consecrationem a verbis, *Qui pridie*, exordiat. Jubet id Ecclesia fortasse ea quoque de causa, ut etiam per verba Evangelica exprimat Sacerdotem Christi personam gerere. At nunquam docuit, verba illa, vel ad formam essentialiam pertinere, aut ex Christi mandato, necessario esse pronuntianda, ut consecratio fiat, sed semper docuit, solis verbi Christi, huius Sacramenti formam contineri.

Superest modo, ut difficultatem explicemus, quam Thomistarum opinio suggerit de Calicis consecratione; neque enim hoc tacet verba, *Hic est Sanguis meus*, aut similia, ad consecrandum sufficere autumant, sed omnia necessaria esse, quae in canone nostro leguntur. Quia S. Thom. lect. 6. in c. 21. Epist. 1. ad Corinth. ait, per illa tantum verba probabiliter esse non fieri consecrationem. Et quia S. Pius V. & Cajetani operibus assertione huic Thomisticae opinioni contrariam iustitiam expungit.

At haec tanti momenti non sunt, ut dubiam ac suspectam reddant asseritionem nostram; Primum, quia opinio haec necessaria quoque putat verba illa *Mysterium fidei*, quae ab Evangelicis, & perique Liturgiis maxima auctoritate committuntur. Deinde, quia Patres, dum verba recitant consecrandis Calicis, haec tantum commemorant, *Hic est Sanguis meus*, vel *Hic est Calix Sanguinis mei* demum, quia Tridentini Patres dum decreverunt in Calice vi verborum insesse Sanguinem Christi, communem se qui videri Theologorum asseritionem, quae statuit verba Sacramenti significativa esse, ac efficere, quod significant. Ex quo iure meritoque conjicimus sola illa verba, quae perfectam & completam Sanguinis Christi praesentis significationem exhibent, non secus ac illa alia, *Hoc est Corpus meum Christi Corporis*, ad Calicis consecrationem sufficere.

Dicimus vero S. Pium V. iustitiam a Cajetani operibus asseritionem expungi, quae S. Th. injuriam irrogabat, cum assereret opinionem illam S. Th. contrariam esse, de hoc vero nihil curandum, ut ex Gotti refert P. Berri. Ad S. vero Doctorem quod attinet, quem plures in nostram trahunt sententiam,

vel de forma esse integritate loquuntur, ut loquuntur etiam Cartheus Romanus; vel asserere voluisse, verba illa *Novi & aeterni testamenti* esse de essentia forma, non ut subiecta materia consecrarentur, sed ad exprimendam Sanguinis effusionem, atque passionem Christi, ut doctissimus P. Berri observavit.

Nota. Diximus saepe in superioribus propositionibus verba Christi significativa, & asserive, non historice tantum esse profertenda, secus ac Novatores arbitrantur. Hinc autem animadvertere necesse est, antiquum Patrum, ac Orientalis Ecclesiae consuetudinem verba illa voce pronuntiandi, asseritoni nostrae nequaquam adversari. Nam alia voce antiquius proferebantur, ac nunc etiam apud Orientales, ut populus respondendo. Amen, fidei confessionem de Corporis Christi praesentia exprimat, ut Ambrosius Evangelica verba submissa, elata vero Christi verba voce pronuntiare, ut hac separatione doceat, se consecrationis verba, ut essentialia id quod significat, profere. Verba itaque Christi narrative seu historice Sacerdos profert, quatenus historiam commemorat institutionis; significativa vero, prout Christi indans personam, ipsius Christi nomine atque vice eadem profertur summa virtute praesens fieri Corpus Christi demonstrat.

III. De Eucharistia, ejusque Ministro, & subiecto.

Eucharistia Sacramentum est Corporis, & Sanguinis Christi sub speciebus panis & vini. Hoc est, panis & vinum per verba a Sacerdote, Christi personam agente, prolata, in Christi Corpus & Sanguinem transfunduntur, nihilque remanet substantiae panis, & vini. Quae nostris sensibus panem & vinum exhibent, a Lateranensi, Florentina, & Tridentino appellatur species panis & vini, a Concilio Synodico, ac Theologorum plerisque accidentia panis & vini; a Patribus apparentia, umbra, figura, & velamina panis & vini: immo Theodoretus, & Gelasius panis naturam appellaverunt, quod in principio fit, ex quo motus oriuntur, qui in nostris sensibus sunt. Haec appellationes sunt Latinis, Orientalibusque communes. Quid vero sint species & apparentia, five accidentia hujusmodi, quod est, quae ad Philosophos potius, quam ad Theologos spectat. Nobis fat est indicare, Deo, qui omnipotenti virtute sua per verba Christi panem in Corpus, & vinum in Sanguinem transfundit, non desisse modum vel conservandi species panis & vini, aut eorum dem accidentia, vel efficiendi in nobis alio modo sensationem panis & vini.

Quum fides Orthodoxa doceat, sub hujusmodi speciebus divinum esse Christi Corpus & Sanguinem, manifestum est, Sacramentum istud maximam a nobis exigere venerationem; atque adeo decemere esse asserendum, custodiendum, defendendum ad infirmos, ac suscipiendum. Hinc Apostolica Sedes etiam Orientalibus inculcat, quae ad istius Sacramenti venerationem spectant Conciliorum decreta. Et cum acceptur vigere nonnullos apud Graecos abusus, praecipit, ut Sacerdotes frequenter ad penitentiam Sacramentum

accedant, cum praesentim divinum sacrificium suscipiant; nec communicandos esse pueros, rationis usum polentes, ac altari ferventes, nisi praesentia Sacramentali confessione: 4. tollendum esse absumendum, vel exsiccandi species Eucharisticas, ut Sacramento asseratur: 5. Eucharistiam, quae asseratur pro infirmis, octo, vel saltem singulis quindecim diebus esse renovandam: 6. Non asserendam toto anno, & quae asserata fuerit, sumendam: 7. Ne Monachi iter agerent Eucharistiam secum ferant, neque eam vitandi periculi causa in privatis domibus asserent: 8. Ut unusquisque Sacerdos in auro, vel argenteo solum, aut saltem stanneo Calice sacrificet, habens Thronos, fere corporale de lino, candidum, & nitidum, & Altare mundis vestimentis operunt, vel decenti paratu oratum: item dicitur de sacris Sacerdotis vestibus: 9. Ne maleseres Altari ferve penitentiam. Constit. *Ubi Pastoralis*. Ut hi, quos dixi, abusus tollendi omnino sint, ex Apostolicae Sedis decreto; ita & mores, five consuetudines aliae, si quae sint in Orientali Ecclesia, quae cum debita Eucharistiae, five Corporis, & Sanguinis Domini veneratione minime cohaerent, sunt omnino removenda, ut v. gr. mos, qui in Iberia vix Mengrellia viget tundendi Eucharistiam, eamque oleo Baptismatis miscendi, quo deinceps a Patrimo totum Baptizati Corpus ungitur, & is similes, illis Ecclesiae legibus, quibus prohibentur consuetudines debite Sacramenti venerationi contrariae, ac praecipitur, Sancta sancte, ac decemur tractanda esse, censeri debent proscripi. A cadent vero Missionarios, aliique sacris Ministris omnino erit, ne temere mores damnet, qui sint Latinis contrarii, quique apud Latinos pro indefectibus habentur. Cujus quidem rei nonnulla auctoritas exempla.

Primo, Graeci, Rutheni, Aethyopes, alique Orientales sacrum factum sacra dona parant, eaque Graeci praesentim, & Rutheni, in minor Altari, quod is Praesbiter dicitur, praeparant, ex hoc Graeci dum hymnus Cherubicus cantant, alii vero iuxta propriae Ecclesiae ritum statuto tempore, ad Altare majus deservit accessis cereis, cum thuribulo, ac veneratione magna totius populi, qui pronus oblata adorare videat. Non deservit ex nostris, qui hanc caeremoniam superstitionis, ac idololatriae inimulaverunt; quod credent gentem illam veluti Sacramentum oblatum panem, vinumque venerari. Ad injuria; nam illi statentur non alium fere cultum exhibere, quam cum, qui debetur materiae Deo oblatae, pro sacrificio praeparatae, sanctis mensis adhibet, a Sacerdote benedicta, & quae necessario converti debeat in Christi Corpus remanentibus ipsius speciebus; monentque dandum id non esse latius cultum. Haec autem est caeremonia & usus comprobata, & cultum relativum tantum praesertit, qui donis debetur, quae Antypia sunt Corporis, & Sanguinis Christi. Nil ergo in hoc reprehendi potest; sed Genis rursus est infrendua, ne dona illa, ut Christi Corpus, & Sanguinem veneretur.

Secundo, Graeci, ut auctor est Gabriel Philadelphienis, ex traditione majorum particulas in sacro disco reponant; eaque non consecrant, sed consecratam hostiam tangere curant, atque offerunt in honorem B. M. V. S. Joan. Bapt. &c. Haec etiam de

causa superstitionis damnati fuere a Latinorum nonnullis. Injuria tamen: Etiam has nec consecrari credunt, nec ut Dominicum Corpus distribuunt, sed quod Deo fuerint in Sanctorum honorem oblate, quodque sacram teigerint Eucharistiam, per participationem quamdam sanctitatem obtate, ac devoto animi affectu suscipiendas esse, docent: Neque id adeo facile privatis ante Ecclesie iudicium damnare potest, cum nullam prae se superstitionem ferat.

Sed ut omnia per ad rem hanc pertinet ex Orientali disciplina exponamus, ea hic addimus, quae a S. M. Bened. XIV. in explicatione tertii moniti Graecorum Euchologio praemisit exposita sunt. Duos, inquit, habet Graecorum Liturgia ingressus, alterum majorem, minorem alterum nuncupatum. Minor est ille, quo sacra dona, nimirum panis & vinum, non adhuc consecrata a parvo Altari fere mensa, quae Prothesis dicitur, super quam preparata fuerant, supplicationis ordine intructo, ad sacrum Altare deferuntur. In majori ingressu ritus huiusmodi observatur, ut panis in patena obiectus velo supra caput deferatur, vel a Diacono, vel a Sacerdote: a Diacono scilicet, quando sollemne officium Missae celebratur, cum assistentia & ministerio Diaconi; tunc enim hic sinistra manu patenam cum pane supra caput sustinet, dextera vero Sacerdotem thurificat, qui Calicem cum vino utraque manu gestat; si vero Sacerdos sine Diacono celebrat, tunc a Lectore ritus adolevit, Sacerdos autem supra caput suum sinistra manu sustinet, dextera autem sacrum Calicem ad pedus deferat. Ad hunc igitur majorem ingressum contingit, ut populus inclinetur, seu, pro vario regionum more, in terram procumbat, ac fronte humum feriat, perinde ac si sub speciebus panis & vini, licet nondum consecrati, Corpus & Sanguis Christi Domini contineretur: Populus passim, in Graecia quidem valde demisse se inclinat, neque enim genua flectere vult, ne imitari videatur Latinum, quamvis extra diem Dominicum: in Russia vero praesertim se, terram fronte percussit, ac veluti praesentem in ea oblationem Calorum Regem alloquitur, & adorat. At Arcud. lib. 2. c. 19. Christianus Lupus par. 3. suorum opem sup. Concil. ritum describit majorem ingressus, quando Patriarcha, aut Metropolitae celebrant. Magri in vocabulario Eccl. verbo, Prothesis, scillatim describit quaecumque sibiant ab Imperatore sacra Synaxi addante, eo die, quo imperii coronam assumebat. Goarius in not. ad Liturg. Christ. n. 100. totam actionem ingressus majoris accuratissime exponit. Idemque fit a Bona. Quaecumque vero ex occasione a Graecis sunt, eadem similitur aguntur ab Armenis, Coptis, Aethyopiis, ac Syris Jacobitis, ut Brunus, Renaud. alique referunt. Quin etiam in hac Romana urbe in selo S. Athanasii, videre est Graecos in sua Ecclesia, ea omnia facientes, quae supra recensuimus.

Periphetum est Graecos ad normam can. 23. Truliani, in omnibus sanctis quadragesime sejuncti diebus, praeter quam Sabbato, & Dominica, & Sancto Annuntiationis die, sacrum facere Praefationis-actum. Dum Missam itaque Sacerdos in quadragesima celebrat diebus, quibus celebrare liceat, unam quidem hostiam consecrat, & sumit: alteram

vero consecratam reponit, quam quidem in tor partuculas dividit, quot numeratur subsistentes dies, quibus praefationis actum Missa celebranda est, in qua seipsum, & alios, si qui sint communicantes, Eucharistico pane antea consecrato Sacerdos communicat: sed ut rem describit Allatius in proleg. ad Gabriel. Naudum de Missa Praefat. 7. Hac etiam occasione per Ecclesiam sollemni ritu proceditur, Diacono sacram Pyxidem, in qua Sacramentum sub specie panis continetur supra caput deferente, Sacerdote autem manibus gestante Calicem, cum vino aqua mixto, non quidem consecrato, sed tantum benedicto. Et quoniam non semper a Sacerdote Missa cum assistentia Diaconi celebratur, si solus Sacerdos celebrat, ipse sinistra manu deferat Pyxidem capiti impositam, dextera autem Calicem sustinet; atque ita a parvo Altari ad Aram majorem proceditur, uti restatur Arcud. l. 3. cap. 19. Tunc vero non omittit Populus genua flectere, pedus tundere; aliique idoneis adhibere consecrationem panem delatum, ut supra dictum est, adorare. Ab hoc ritu nonnulli ortam putant ex ignorantia quadam adorationem, quae fit in majori ingressu, quam ob rem eam damnare Nicolaus Caballias in exp. Liturg. Arcudius deinceps lib. 3. cap. 19. alique. Immo Patres Concilii Zanolocae an. 1720. decr. de Cel. Miss. §. 4. non dubitaverunt interdicere, ne fiant genuflexiones, seu capitis inclinationes dem transferatur panis oblationis a minori ad majus Altare, pro consecratione tempore offerendi, & voluerunt ut Parochi Populum hac de re monent, ne periculo idololatriae exponatur. Horum Patrum decretum Pontifex non improbat, recenset vero, quid ea de causa in Congregationibus Romae de Orientalibus caeremoniis habitis, determinatum sit, ac licet eum excludendum fuisse eorum temperamentum, qui ritum hunc tollendam existimaverunt: quam in Congress. super correctione Euchologii habita die 5. Septembris 1745. quatione positita, an abolendum, seu emendandum foret Ritus ingressus majoris, omnibus mature discussis, consensum fuerit, nihil esse innovandum. Idque subinde auctoritate nostra firmatum existit. Placuit tamen, Igitur Summus Pontifex, consilium prudenter adhibitum, ut venerentur Episcopi alique curam animarum gerentes, ut ruerem populum docere non pretermittant, quod dum sacra dona a Prothesi ad Aram majorem transferuntur sollemni ritu, eum ea nondum sint consecrata, sub eorum speciebus nequaquam existit Corpus, & Sanguis Domini nostri Jesu Christi, prout futurum erit post consecrationem; ideoque exteriores illi venerationis actus, qui erga praefata dona nondum consecrata adhibentur, non ea ratione peragantur, ut cultus Latra soli Deo debitus hinc praestetur, sed ut inferius speciei cultus exercerentur, cuius obsequium est futura transubstantiatio eorumdem donorum in Corpus & Sang. D. N. J. C. Id quod a nobis supra exposuimus, & inculcatur fuerat, quod vel ipse Pontifex paulo infra laudare non designatur.

Agit deinceps Pontifex Max. de panis divisione, quam in minori mensa, fere Prothesis Orientales faciunt, cuius pars major, ut Deo Omnipotentis debuit adhibere cultus, offerunt, relique vero minores quae Merides vocantur, Omnipotentis itidem offeruntur, sed eorum una in honorem B. M. V. altera in

honorem S. Joannis Bapt., SS. Apolorum, aliorumque Sanctorum, quorum etiam nomina a Sacerdote recitentur; alia pro viris quorum etiam nomina recitentur, alia pro defunctis, qui pariter nominatim commemorantur; alia in honorem illius Sancti cuius festus dies celebratur; reliqua ceteroquin Sacerdoti facultate offerendi specialiter sacrificium pro illa, ut illis, quo ipse maluerit. Huiusmodi Ritum jam diu vigile probatur ex Dyptico Irenaeus Augustus, edito a Patre Montfaucon Tom. I. Analec. Graec. c. 34. Si vero Episcopus, aut Presbyter primam celebrans personam sibi hinc cum aliis Sacerdotibus concelebrat, & Diaconi quoque in officio ministrantes assistant, non modo quilibet Sacerdos, sed unusquisque etiam ex Diaconis, Hostiam unam majorem offerat, simulque minores partuculas, seu Merides; ex quibus si quae demum superflua, & celebrante feo celebrantibus non consummate, & distribuuntur adstantibus, qui Eucharistice communionis participare festi penur. De hoc ritu quaelio in Florent. Synodo influita fuit, quod Archiepiscopus Mitylenensis, propositis interrogationibus apte satis fecisset, nil fuit innovatum. Simeon Theofalonicensis in suo Tractatu de Sacramentis visus est dubitare de particularum consecratione: sed cum super omnes dedit a Sacerdote proferatur verborum forma, dubitatio irrationabilis fuit.

Dubitatur inter catholicos fuit de Diaconali quam diximus, oblatione: Atque Arcudius, aliquae putavere eam tollendam omnino esse; quia Diaconus offerre ad Altare oblationem sacri canones interdicit. Sed etsi canones sacram oblationem fieri prohibeant a Diaconis, qui in sacro Altari a solo Sacerdote fit; nunquam vero damnant oblationem quam in mensa, si ve Prothesi fieri ab antiquis temporibus etiam ab ipsis consuevit. Hinc in Congress. Orient. ritibus habita 3. Januarii 1745. proposita quaelio, Utrum tollenda esset oblatio, quae a Diaconis fit ad Prothesis, reciprum fuit, nihil esse innovandum: ac rescriptum Pontificia auctoritate comprobatum fuit.

Tertio, Latina Ecclesia, ac Orientales pleraque venerationis causa prohibent, ne Eucharistia cooperio capite celebratur. At cum in Sineni, si quae sunt regnis detecto capite manere, vel operari non sit reverentia, & scandalum generet, non devotio nem, Romani Pontifices permiserunt Missionariis, cooperio decenti pileo capite celebrare, ac Neophyis Eucharistiam recipere; quoad usque Gens illa sit edocata fuerit, ut ritus Romane Ecclesiae non abhorreat. Ex Brevis Clementis X. 23. Decemb. 1673. & aliis. Quamobrem non adeo facile damnandi erunt, si qui sint in Oriente Patriarche, vel alii, qui operio capite sacram Eucharistiam celebrant, vel distribuunt. Nam in his deesse potest irreverentia, cum sit res indifferens. Hinc Affem. inferit, injuria a Josepho II. damnatos esse Patriarchas Nestorianorum, quod cooperio capite Eucharistiam, vel celebrant, vel recipient, vel admittunt. Nam scribit Ballamon l. 7. juris Orient. Alexandrinum Patriarcham vem divinum facere mira capus advoluntum, alios vero Orientales aperto capite. Et Monachi omnes S. Antonii abbas, si ve Copti, si ve Abissini, si ve Syri Marouitae cucullam monasticam in Liturgia celebratio-

ne, & in ipsa Eucharistia consecratione, vel perceptione retinent; idque ex praescripto S. Pachonii Abbatis, Regula 91. eamque regulam refert Clafsem. diff. de Syr. Nest. p. 306. par. 2. Bibl. Orient. Itaque, ubi viget usus celebrandi, ac recipiendi Eucharistiam detecto capite, ex Ecclesiae praescripto id est servandum; a quo praescepto sola Apostolica Sedes dispensare valet; ubi vero contraria viget ex majorum traditione consuetudo, nihil est, nisi ex Apostolicae Sedis decreto, immutandum.

Quarto, Thomas a Jesu lib. VII. de Conversione omnium Gentium c. 2. interiores, quorum Nestorianos accusat, hunc refert: Clerici omnes apud Chaldaeos, & etiam illi Latini, qui alio devotione excedunt, sacram Dominici Corporis communionem in manibus propriis recipientes, sed utraque specie communicantur; ceteri vero laici Corpus Domini Sanguine intinctum assumunt. At in his nil est, quod reprehendere possit mox sacram Eucharistiam recipiendi in manibus: nam consuetudo haec in Ecclesia antiqua est, atque in aliis quae Ecclesiae diu viguit. Dionysius Alexandrinus in Epistola ad Xilium Papam apud Eusebium l. VII. hist. Eccl. c. 9. ait, qui ad sacram mensam adfuerit, & manus ad suscipiendum sacrum cibum porrexerit. Basil. in Epist. ad Caesarian Patriciam, in Ecclesia inquit, Sacerdos partuculas tradit, devinet autem eam cum omni liberate is, qui suscipit, ac ita ori admoveat manus propriae. Cyril. Caech. 5. Darnac. l. 4. de Fide Orth. c. 24. alique Graeci Scriptores tradidere, communem fuisse Ecclesiae Graecae morem tradendi Dominicum Corpus in communicantium manibus usque ad ostium saculatum, a quo tempore adheri cepit cochllear, quo communicantibus vivificum alimentum clargitur. Apud Nestorianos vero antiquus usus viget porrigendi in manu Eucharistiam, & Calicem ori admoveendi: varius vero, & a recentioribus quibusdam Presbyteris, Missionariorum horum, usurpatus mos est, communionem Corporis in oi communicantium tradendi, inquit Affem. loco cit. Quamobrem injuria hac de causa damnatur.

At multo minus damnari debent ob Communionem sub utraque specie, quae Latinae quae Ecclesiae per plura saecula communis fuit, quaque in universo Oriente viget. Immo & his, qui in Italia sunt, & Graecis, in illis locis, in quibus ejusmodi ritus introductus est, & ad praesentem usque diem servatur, & viget, permittitur: ita tamen, ut sub altero tantum specie totum, atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi fimitur credant, ac propterea, quoad fructum attingit, nulla gratia ad salutem necessaria eos fraudari, qui unam speciem solum accipiunt; ubi vero praesatus ritus consuetudine habitus receptus non est, Episcopis, quorum jurisdictioni Graeci subijcuntur, cura sit, ne in posterum admittatur, inquit S. M. Bened. XIV. Constit. Epi Pastoralis.

Nota. Circa Communionem sub utraque specie cavendum est, ne Orientales errent, ad credendo sub una tantum specie integrum Christum non suscipi, ad damnando Latinae Ecclesiae morem, ad renendo divinum adesse praesceptum de communicando sub utraque specie.

Quinto, Orientales etiam pueris ante rationis usum,

flum, immo statim post Baptisma distribuunt. Consecrudo hinc, in supra notavi, viguolim & in Latina Ecclesia; atque Apostolica Sedes in iisdem Orientalibus; is exceptis, qui sub Latinis Episcopis degunt, permittit, ac tolerat. Cavendum vero quam maxime, ne in puerorum communione quidquam occurrat, quo Sacramento injuria fiat, eaque heresim nonnullorum Orientalium mentibus eliminanda est, qua credunt, sine Eucharistia susceptione baptizatos pueros aeternam asequi non posse beatitudinem.

Hinc ex Encyclica saepe laudata, haec addimus. Quibusdam Ecclesie saculis usus obtrinit, ut post Baptismum illico pueris Sacramentum Eucharistiae administraretur; non quod id necessarium crederetur, sed mero ritu, ac vigente consuetudine, ut ex Trident. Conc. editus Sess. 21. cap. 4. & magis etiam comprobatur ex eo, quod damnatum Armenorum errore a Bened. XII. etiam Raynaldus recensent, quo putabatur ad aeternam puerorum salutem, & Baptismi is collari validitatem, post Confirmationis Sacramentum, Eucharistiam etiam istem esse administrandam. In Occidentali Ecclesia a quadragesis & amplius ab hinc annis haec consuetudo cessavit. Apud Orientales vero Melchitis, Syros Armenos, & Cophos viger adhuc; atque etiam apud Graecos haec disciplina servatur, inquit Arcudius lib. 5. de Sac. Euchar. cap. 11. fed aliqui ex ipsis paulatim eam deseruerunt, propter incommoda, quae in prebenda pueris post Baptismum Eucharistia sequebantur. In Synodo etiam habita in monte Libano 28. Sept. an. 1596. a Patriarcha Maronitarum Sergio, can. 7. decretum fuit, ut caveantur deminceps Sacerdotes univervi, ne quantumvis ante rationis usum ad communionem Eucharisticam admittant. Idemque statuerit PP. Concilii Zamocensis, an. 1720. §. 3. de Eucharistia, & Concilii Maronitarum in Monte Libano celebrati an. 1736. Quod etiam inculcatur Italico-Graecis Const. Epi. Paforalis &c.

De Communione quoque sub utraque specie, nonnulla habet, quae eruditissimis causis addimus. In Collegio Graecorum Romae a Gregorio XIII. erecto, in quo Graecus ritus servatur juxta Collegii Const. ab Urbano VIII. confirmata, Alumni debent quinquaginta quoque die, necnon festis diebus sollempnibus, & singulis Adventus, & Quadragesimae Dominicis, Latino ritu servato: in festis vero sollempnioribus, videlicet Paschatis, Pentecostes, & natiuitatis Domini, iubentur Eucharistiam Graeco ritu suscipere, hoc est in fermentato, Sanguine intincto, ad quam rem percipiendum Sacerdos vitum parvo coctum, quod infert in os suscipientis Eucharistiam: qui Ritus servatur etiam cum Graecis reliquis, qui praedictis diebus ad sollempne missae sacrificium conveniunt, aut qui aliis per annum diebus in Ecclesia Graeci Collegii sibi Eucharistiam ritu graeco administrari depopunt. Italo vero Graecis in sepe cit. Const. Epi. Paforalis, solum in illis locis Communio sub utraque specie permittitur, in quibus Ritus adhuc viger, in reliquis vero prohibetur. Gregor. XIII. Maronitarum Patriarcha rescripsit, *Licet a Communionis sub utraque specie pedetentim arceudi sunt, totus enim Christus sub una specie continetur, & in usu Calicis magnum est periculum effusionis, ut refert Th. a Jesu de Conv. Omn. Gen. 486.* Hinc in Libanen.

Conc. an. 1736. part. 2. l. 21. hujusmodi consilio inhaerentes deprecere: *Ne Laico, vel Clerico in minoribus Ordinibus constituto communio sub utraque specie tradatur, sed sub una tantum, panis nimirum. At Diaconis, ut Hostiam Sanguinem intinctam a Sacerdotibus, in sollempni praesentem Missa accipere possint, & valeant, permittant, modo ab cohaerentis usus, quem omnino abrogandum statuerunt.*

Sexto, cum in Trid. Synodo sess. XIII. c. 8. statutum sit, ut *Laici a Sacerdotibus communionem accipiant, Sacerdotes autem celebrantes seipso communionem communicent, id servari debet in utraque Ecclesia, ubi haec consuetudo jam viget; sicuti vero antiquo more a Diaconis, iubente Episcopo, vel Presbytero, aut Eucharistia, vel Calice fidelibus tribui solet, ut ab Orientalibus nonnullis fieri solet, ut, ii damnandi non sunt, cum haec consuetudo ab antiquis Patribus trahat originem.*

§. IV. De Sacra Liturgia, sive Missa.

HAbes ex Auctore, quid Missae nomine veniat, & ex iis, quae nos de Orientalium rituum varietate disputavimus, facile intelligis, idem esse apud Orientales Liturgiam, ac penes Latinos Missam. Plura hic de Orientalium circa Missam disciplina exposuimus; sed hic in gratiam praesentem Missionarium nonnulla addimus, quae scitu necessaria videntur, quaque per varia quaestiones exponemus.

Quaest. 1. Utrum Sacerdos carens Missali lingua sui ritus exarato, alterius linguae Missam ut possit, proprio tamen ritu servato?

Resp. 1. Id sequitum licere, obligatione enim illa, quae quilibet propriae Ecclesiae ritum sequi tenetur, addingitur etiam ad servandum in sacris faciendis linguam, quae propria sit ritus, quem tenet. Hinc Sac. Cong. de P. F. die 30. April. 1621. perentibus Missionariis Georgiae facultatem celebrandi Missam ritu latino in Idiomate Georgianum vel Armeno, respondit, *illam pro nunc concedendam non esse, nisi esset medium ad convertendos Georgianos possimum.* Ex quo manifestum fit, sine Apostolicae Sedis dispensatione nefas esse aliena lingua sacrum celebrare; praedictum vero licet gerere Missionarios, si facultatem hanc petant, dum ex ea plurimum professe posse sperent animarum salutem, vel Haereticorum conversionem. Quamobrem, *Perentibus Fratribus Carmelitis discalceatis, ut Sacerdotibus sui Ordinis, qui in Regno Persiae existunt, & in iustitiam exeipent, licet Missam in lingua Arabica celebrare: Sanctissimus in Christo Pater & Dominus Noster divinae Providentiae Urbani Papa VIII. auditis Fratrum suorum S. R. E. Card. Congress. de P. F. sententiis, ad consolationem populorum, qui in eo regno Catholicam Fidem nuper susceperunt, Sacerdotibus praedictis licentiam petam concessit cum infra scriptis conditionibus, videlicet: ut Ritus Latinus in celebratione Missarum reinventur: ut Missalis Romanus in lingua Arabica literaliter translatus in Urbe prius approbatur; & denique ut semel tantum singulis diebus in unaquaque illius Regni Ecclesia, in praedicta lingua celebrare liceat, non obstantibus, &c. S. Cong. de P. F. die 17. Aprilis 1621.*

Resp.

Resp. 2. Contra Carolum Francicum a Breno ne quidem necessitate urgente, scilicet ne infirmus sine Viatico decedat, aut populus de-festo Missa careat, licere vulgari aut alieno idiomate sacrum facere. Ecclesia enim vulgaris linguae usum in sacris faciendis prohibet, ac unumquemque proprio ritu sacra celebrare iubet. Publicum autem Ecclesiae bonum exigit, ut ipsi leges, quibus praesertim modus sacrificandi praescribitur, a sacris Ministris religiose serventur. At privati commodum est, vel sacrum Viaticum suscipere, aut sacrum die festo audire, ut 2. §. ex Veritico diximus, ubi addimus etiam, praecipuum audiendi Sacri, aut recipiendi Viatici non obligare Fideles, nisi dum Sacrifacium iuxta praescriptis ab Ecclesia ritus perfici possit. Equis dicat, post publicam Ecclesiae legem contentam, quae scilicet ad publicum ministerium spectet, ut privati eorum obligationi satisfacere possint?

Quaest. 2. Utrum Missionarius licet in Haereticorum & Schismaticorum Ecclesiis celebrare?

Resp. 1. Negative, quia datur Missionarii usus altaris portabilis, & facultas benedicendi paramenta, ideo non est neesse ut ipsi in praesentibus Ecclesiis celebrent, vel Schismaticorum vestibus utantur; ita conveniunt Theologi eujusdam particularis Congregat. habitus Romae 7. Maji 1621. super dubiis Missionarium Cappuccinorum O ientis in Palatio Em. Pamphili. Vide append. de Commun. in divinis cum Haereticis.

Resp. 2. In Ecclesiis Catholicorum ab Haereticis occupatis, id licere constat ex decreto Cong. Sup. Inquisit. die 23. Junii 1534. quo affirmativum responsum fuit ad dubium, quod sequitur: *An in Ecclesiis Catholicorum Rebus ab Haereticis occupatis, Missionarii possint sua exercitia continuare?* Ac certis conditionibus licet etiam cum dispensatione in aliis Haereticorum Ecclesiis, ut liquet ex sequenti decreto: *Sanctissimus Dominus Noster D. Clem. divinae Providentiae Papa XI. in particulari audientia mihi Commissario S. Officii data dixit, quod ad facilius promovendam Schismaticorum, & Infidelium conversionem, illosque alliciendos ad Fidem Catholicam amplectendam sacrum Caeremoniarum intuitu, benigne indulget Patri Praefecto, seu Vicepraefecto Missionarium pro tempore in Aethiopia existentibus, ut pro eorum arbitrio, & conscientia dispensare possint cum istam Missionaria, eisque facultatem concedere celebrandi sacrosanctum Missae Sacrifacium Catholico Romano ritu super Altari in Templo Haereticorum, seu Schismaticorum in Aethiopia, ita ut eadem Altaria non serventur, nisi pro nudis tabulis, & more Catholicorum disponantur cum sacro Lapidem, Mappis, Sanctissimi Missae Sacrifacii Ritu praedictis: nunquam tamen generaliter, sed in casibus particularibus, in quibus alia loca commodiora non suppetant, ut urgent sit necessitas ad facilius diffam conversionem promovendam, & insuper ad Catholicorum consolationem, alique justis, & urgentissimis de causis, indicandis ab eisdem Patre Praefecto, seu Vicepraefecto Missionarium, super quibus eorum conscientiam operaverit. Die 22. Aprilis 1704.*

Quaest. 3. An Missionarii, quibus concessus est altaris portabilis usus, licitum sit in privatis domibus celebrare?

Resp. Ex decreto Sac. Cong. de P. F. super rebus Sinarum, & Indiarum Orientalium die 24. Dec. 1668. non licere celebrare in domo infirmi, vel Viaticum saltem occulte ad infirmum deferri valeat; licere vero si nec publice, nec occulte deferri possit, vel in domo infirmi, vel saltem in viciniis domo sacrum peragere, si locus decens sit, ne infirmus Viatico privetur. Dum autem Ecclesia careat, vel in propria domo oratorio five cappella, licet etiam in privatorum domibus sacrum peragere, dum locus decens fit, & cum eorum facultas limitata non sit, five respectu particularis loci sublata; quod ex facultatibus quoque habent, metiri debent.

Quaest. 4. An vigore solius facultatis celebrandi Missam in quocumque loco decem? Missionarius concessa, possit licite sacrosanctum Missae Sacrifacium ab ipsis celebrari, sicut a quibusdam ipsorum, singulis diebus Dominicis, & festis celebratur super Mare in navibus prope litus appulsis, abique praesentia alterius Sacerdotis, qui Calicem post Consecrationem firmum custodiat ad penitus evitanda effusionis periculum, ut Doctores opinantes requirunt?

Resp. Nullo modo licere Cappuccinis, nec Minoribus Observantiae, neve quibuscumque aliis celebrare, vel mandare, & permittere celebrari Missam in navibus, quia omnino est prohibitum. Sac. G. particularis de P. F. die 29. Januarii 1667.

Nota. Orientales, ut diximus c. 122. pag. 477. antiquam consuetudinem servant, hoc est, unicum in Ecclesia Altaria habent, unicumque in eo sacrum in die celebrant. Ex his, quae hii diximus, exploratum est ab hac consuetudine, five ab otta inde obligatione nominis ex Romani Pontificis dispensatione liberari posse; quam dispensationem, ut ibi ostendimus, Graeco-Melchite ex parte obtinuerunt, ampliore vero Graeco-Itali.

Orientales omnes vel Altaria consecrata, vel quae salem superimpositum habent lacum lapidem lacuant, cujus defectu Graeci uti solent *Antimensione*. Super *Antimensione* nefas est Latine ac alterius quoque ritus gentibus, ut licet morem non habeant, sine dispensatione Sedis Apostolicae, celebrare. Nulli autem veterum esse arbitror super sacra Orientalium Altaria celebrare, dummodo tamen les servetur de suo super unico Altari celebrandum sacro, ac etiam si fieri possit, juxta celebrantis ritum ornetur, ut in Const. pro Italo Graecis exprimitur. At sicuti paramenorum sumitio scandalum esse possit, vel habeatur pro Orientalis ritus contemptu, non dubito, quia valide celebratur a Latino quoque in Altari, Orientalium more parato.

Habent etiam Orientales circa tempus celebrandi peculiarem disciplinam. Maronite jejuni tempore in quadragesima Missam ad tres horas post meridiem celebrare solent, moremque ipsorum imitari permittit Missionarii Cappuccinis ibidem degentibus Sac. Cong. 22. Aprilis 1682. Nestoriani feria v. in Cena Domini post solis occasum celebrant, & Sabbatis, ac Dominicis quadragesimalibus post horas vespertinas. Modo univeree Ecclesiae legem de praemittendo sacrae communioni jejuniu servent, reprehendi nequeunt, sicut nec Armeni, & si quii sint alii Orientales, qui celebrant in sabbato sancto, vel alii diebus post festo

lis

lis oculum, cum antiquam consuetudinem sequantur. Sicut quique rite sequitur propriam circa horam celebrandi consuetudinem, que probata sit, in contra consuetudinem, ac Ecclesie legem celebrationis tempus immutando ac pervertendo, Sacerdotes peccant. Neque circa hoc dispensare potest, nisi summus Pontifex, qui iussu de causis facultatem concessit Missionariis Sinesibus celebrandi tribus ante auroram horis contra Latine Ecclesie disciplinam, 23. Novembris 1665. Scilicet, ut Fideles, quos Magistratus Gemilis Religionem exerceere prohibebant, possent confiteri, Eucharistiam sumere, ac delinere, antequam dies elucere ad proprias domos tuto redire.

Quaest. 5. An licet Sacerdoti Catholico elemosynam a Schismaticis, vel Haereticis accipere pro Missa iuxta eorum intentionem celebranda?

Resp. Non licere. Primum, quia nefas est cum iis in divinis communicare, ut alibi a nobis est demonstratum, & ut decernitur a Conc. Later. V. sess. 21. §. *Statimus insuper*. Sacerdos vero cum iis communicat, pro quibus Missae sacrificium applicat, quos sacrificii participes esse vult, atque illi qui elemosynam dant, sacrificium sibi communicari cupiunt, eo modo, quo heret, si sacrum faciendum committerent Sacerdotibus propriae sectae, cum quibus communicare contendant. Deinde Sacerdos dum iuxta aherens elemosynam voluntatem sacrificium celebrat, ut publicis Ecclesie Ministres se gerit, ac Ecclesie nomine pro iis orat, qui elemosynam sibi clergici, eiusque illis suffragia impertitur: Ecclesie vero hanc suffragiorum communionem Schismaticis Haereticis, & excommunicatis omnino prohibet, cap. *A nobis* de sent. excom.

Quaest. 6. An Presbyteri Orientales conjugum celebraturi sint, abstinere debeant ab uxoribus, & quamdiu?

Nota. Esse omnino abstinendum non solum nocte antecedente facri celebrationem, sed insuper aliquot dies iuxta cujusque Ecclesie Canones & disciplinam, ejus transgressio nunquam gravi culpa caret. Circa

dierum numerum quique propriae Ecclesie ritum servare tenetur. Quod spectat ad Armenos, en dubium Sac. Cong. propositum a Carmelitis Discalceatis Missionariis in Persia, ejusque responsio. *An Presbyteris Armenis conjugatis moderandum sit tempus abstinere ab uxoribus, quadraginta scilicet dierum ante, & totidem post Missae celebrationem ab eorum Ritu graficum & determinatum? Resp.* Nihil esse innovandum, & Episcopus curet profusi Pastoralis Officii munere, ne Presbyteri conjugati catholici Armeni ritum suum observent, S. C. Off. die 14. Maji 1705. Pro Graeco-Italis Clemens VIII. ac deinceps Bened. XIV. Ecclesie Graecae Canones inculcando, habent: Presbyter Graecae conjugatus antequam ad sacrum sacrificium, seu sanctam Missam celebrandam accedat, vel per hebdomadam, vel per triduum ab uxore coire abstinere. Si spectentur canones Ecclesie Orientalis nihil in iis divergentius inculcatur, quam continentia iis, qui Eucharistiam suscipere, vel sacra tractare debeant, ac etiam quadagesimalis jejunii tempore; sed quoties ab uxore abstinere debeat Presbyter, qui sit celebraturus, in iis expressum non legitur. Balsamon vero refert a sanctissimo Patriarcha Luca de hoc interrogato Synodaliiter fuisse pronunciatum, tribus ante diebus a corporali congressu abstinere debere conjugem, qui sunt divinarum Sacramentorum futurum participes. Quin & sponsus, qui ipso nuptiarum die, post sanctam communionem congregantur, poena subicit. Videl. expol. can. 1. Conc. Carthagensis Ordinem, quem habent can. in collectione Eccl. Orient. Ex hoc perspicuum fit, iuxta Orientalis Ecclesie disciplinam, Presbyterum ad minus tribus diebus ante celebrationem a conjugali congressu abstinere debere, ut licite celebret, quam abstinendam illius Ecclesie canones etiam in Laicis olim exigebant. Hinc Balsamon ipse notat in expositione altaris canonis, compari non posse uxoris usum cum quotidiana Sacri celebratione secundum Orientalis Ecclesie Canones. ☩



Sacrificium Deo Spiritus Contribulatus Ps. 50.

TRACTATUS DE POENITENTIAE SACRAMENTO.

CAPUT PRIMUM.

De Materia Sacramenti Poenitentiae.

Poenitentia sumitur vel pro virtute, vel pro Sacramento. Sumpta pro virtute, est virtus inclinans peccatorem ad dolorem ac detestationem de peccato commisso, quatenus est offensae Dei, & ad efficaciam propositum vitandi peccatum, & satisfaciendi iustitiae divinae. Est aliqua iustitiae commutativa species: nam qui per suum peccatum injuriam Deo intulit, debet eam per satisfactionem compensare, si non ad aequalitatem, cujus est incapax; saltem quantum potest, & Deus exigit. Actus virtutis Poenitentiae sunt contritio, & satisfactio, de quibus infra.

Poenitentia sumpta pro Sacramento, ut hic sumitur, est Sacramentum a Christo institutum ad peccata post Baptismum commissa remittenda per actus poenitentis, & abolitionem Sacerdotis. Eius necessarium necessitate medi in re, vel in voto, constat ex Joan. 20. *Quorum remisistis peccata &c.* & ex Concil. Trid. sess. 14. cap. 2. 2. ibi: *Est autem hoc Sacramentum poenitentiae lapsi post Baptismum ad salutem necessarium, ut nondum regeneratis ipse Baptismus.*

Duplex est, remota, & proxima. Materia remota, & circa quam destruendam versatur, sunt omnia peccata post Baptismum admissa. Materia proxima, & ex qua componitur, sunt actus poenitentis, nempe contritio perfecta vel imperfecta, confessio, & satisfactio; quae partes materiales dicuntur, ex Concil. Trident. sess. 14. can. 1. *Si quis negaverit ad integram & perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in poenitente, quasi materiam Sacramenti Poenitentiae, videlicet contritionem, confessionem, & satisfactionem, quae tres Poenitentiae partes dicuntur, anathema sit.* Differt tamen satisfactio actualis ab alia, quod sit tantum pars integralis. Nam datur absolutio, & hoc Sacramentum conficitur, & confert gratiam justificamentem ante satisfactionem implentem: at nulla res potest esse sine tota sua essentia. Contritio vero, & confessio sunt partes essentielles. Satisfactio tamen propositum necessario requiritur in contritione.